



Disseminationes hoc volumine contentae.

1. Geminae quaestiones in iure publico et in re libera tractatae quas praesit Petro Leopoldo. S. V. D. examinandas proposuit Andr. Petrus Wolffm. Regiomont. Franc. Jenae.
2. Juris aliquot emendata, quas praesit Heinrico Bocero Sr. pro Doctoratibus in utroque iure in iuris publicis disputationibus subiecit Georgio Wolfgango Hilbornmanno, Neuwirg. Palatinus Tubingae.
3. Propositiones Juris publici quas publice discutendas proposuit Christophorus Treibisig S. V. D. Resp. Conrado Casp. Bovio, Wittenberg. Lipsiae.
4. Dissertatio ad tit. 5. et 6. libri 2. ff. quam praesit Christophoro Bealdo Sr. discutendam proposuit Burkhardus Ehinger, Tubingae.
5. Diss. de Jure Naturae praesit Johanne Gyphandro S. V. D. defensa a Georgio von Broy, Akenburg. Tuberae Fr. Jenae.
6. Diss. de necessitate defensionis praesit Heinrico Bocero Sr. proposita a Daniele Rantow. Tubingae.
7. Conclusiones de Jurisdictione quas eodem praesit Dominico Lubertio subiecit Johannes Georgio Halbitter. libid.
8. Assertionem legales de transactione quas praesit Petro Theodoro S. V. D. pro gradu Doctoratus in utroque iure sequendo discutendas proposuit M. Georgio dist. Lips. Jenae.
9. Diss. de transactionibus praesit Johanne Harprecht. Sr. pro summo in utroque iure gradu sequendo publico examini submissa a Georgio Langen. Homb. Tubingae.



Cum Deo. 31

SUB PRÆSIDIO,  
DOMINI

CHRISTOPHO

RIBESOLDI, IC. ET IN IN-

CLVTA ACADEMIA TUBINGENSI

Antecessoris. Præceptoris mei maxumè  
colendi.

Positiones hæc

DE  
DONATIONIBUS.

Ad XVI. Calend. Octobr. Horis & loco  
solitis

*Pro ætate & ingenio defendam*

Christophorus Forstner,  
Austrius.

Ulpian. J.C. in l. solent. 6. §. Non verò. 3. ff. de Offic. Pro-  
conf. & Legati.

*Neg, omnia; neg, quovis tempore, neg, ab omnibus. Nam valdè in huma-  
num est, à nemine accipere. Sed passim; vilissimum est: omnia; ava-  
rissimum.*

OS SO

TUBINGÆ,

Typis Theodorici V Verlini,

ANNO M.DC.XV.



ILLUSTRI ET GENE-  
*roso Domino,*

DN. CAROLO

IÖRGERO, INTOLLET,  
KÖPPACH ET STAUFF, BARONI IN  
Kreusbach, Domino in Bernstein, Schernstein & Wal-  
persdorff, &c. Austriae Superioris Praesidi  
Hereditario.

Domino meo Clementissimo.

*Hanc Remuneratorem*

Indignam tamen beneficiis

DONATIONEM.

*Offero, dico, sacramq<sub>3</sub>*  
*Esse cupio.*

CHRISTOPHORVS FORST-  
ner, Austrius.





# DE DONATIONIBUS.

## THESIS I.



ONATIO est conventio, quâ donum in alium volentem & consentientem ex mera liberalitate transfertur.

2. Causa efficiens est jus Civile.

*§. fin. Inst. de us. & habit. §. erat olim Inst. de donat.*

Et plurima habet in se donatio, quæ sunt juris civilis, quorum non minimum est insinuatio. *Don. lib. 5. Comment. c. 2. nu. 50. Dn. Præceptor. D. Harppr. part. 1. disp. 18. thes. 1. Gædd. ad l. 23. nu. 6. ff. de V. S. Forster. disp. 10. th. 30. Arum. Exerc. Justin. 6. th. 12. Diss. Vesemb. in parat. hic. nu. 2.*

3. Donare possunt omnes, qui non prohibentur.

*arg. l. muto 43. §. 1. ff. de procurat. l. cum prator 12. ff. de iudio. l. qui accusare 8. ff. de accusat.* Qui autem sint illi, qui donare prohibeantur, docet *Dn. D. Harppr. d. part. 1. disp. 18. th. 7. & Georg. Obrecht. de donat. disp. 1. th. 55. & seqq.* Nos tantum ea, quæ hic controversa videntur, examinabimus. Primò itaq;

4. Licet simplex inter virum & uxorem donatio, constante matrimonio prohibita sit. *t. t. de donat. int. vir. & uxor.* Mortis tamen causâ sibi invicem conjuges donare posse, demonstrant.

*l. si eum 9. & ll. seqq. ff. de donat. int. vir. & ux. l. uxori 22. ff. eod. l. Fulcinius 43. ff. de mor. caus. donat. Novell. 162. c. 1. Dn. Præceptor. D. Bocer. class. 2. disput. 19. th. 60. Mynsing. cent. 2. obser. 33. nu. 4. Vand. lib. 1. quæst. 39. Diss. Clar. in §. donatio. quæst. 9. nu. 2.*



5. Eandem inter virum & uxorem prohibitam donationem morte donantis confirmari, licet stipulatione tantum, non traditione facta fuerit donatio, constanter assero.

*l. cum hic status 23. §. 1. & §. si sponsus. l. si stipulata 35. ff. de donat. int. vir. & uxor. Novell. 162. l. 2. C. de dot. caut. non numer. D. D. Bocer. class. 2. disput. 19. th. 18. & in tract. de donat. c. 3. nu. 24. Anton Faber. coniect. lib. 2. c. 8. Coras. miscell. lib. 5. c. 1. Diss. Petr. Nicol. Mozzius de donat. c. de personis inter quas cadere, & c. nu. 39. & seqq. Mynsing. obser. lib. 2. obser. 33. nu. 3.*

6. Donatio rata non est, si à patre in filium sit collata.

*l. cum de bonis. II. C. de donat. l. donationes quas parentes. C. de donat. int. vir. & uxor. l. 1. §. 1. ff. pro donato. Dn. D. Bocer. class. 2. disp. 19. th. 15. & in tract. de donat. c. 3. nu. 5. Donell. lib. 9. Comment. c. 5. p. 411. Vaccon. à Vacun. lib. 4. declarat. 57. nu. 10. Dissent. Johan. Vaud. lib. 1. var. quest. 4. in fin.*

7. Remuneratoriam donationem à patre filiis factam juri nostro non incognitam esse tuebimur.

*arg. l. cum pater 77. §. rogo 25. ff. de leg. 2. l. de emancipatis 13. in pr. C. de legit. hered. Dn. Harppr. part. 1. disp. 18. §. fin. Dn. Bocer. class. 2. disp. 19. th. 79. Andr. Geil. 2. obser. 38. n. 5. Fachin. lib. 3. controu. c. 74. Forster. disp. 10. th. 17. Dissent. Obrecht. de donat. disp. 1. th. 242. & disp. 5. th. 159. & seqq. Arum. Exerc. Justin. 6. th. 3.*

8. Confirmatur item hæc donatio patris morte, etiam absque alio extremo eius judicio.

*ex constit. Justiniani in l. donationes 25. C. de donat. int. vir. & uxor. Novell. 162. c. 1. in fin. Dn. Bocer. de donat. c. 3. num. 8. Gomez. tom. 2. resol. 4. n. 25. Dissent. Donell. lib. 9. Comment. cap. 5. p. 411. & seqq.*

9. An legatus munera accipere debeat, Jureconsulti nostri & Politici quærent. Nos distinguimus inter negotia, quibus legatus adhibetur.

Etenim, si nuptias principi ambiat, vel simile propter negotium ablegatus sit, qui munera honestè recusabit? Dn. Præses Colleg. Polit. class. 2. disput. 8. th. 24. Interdum tamen, ex qualitate doni præsumitur munus ad ipsum, qui ablegatur pertinere. Durus de Pascolo in suo aulico-politico. definit. 52. Sane Bironius amplissimis muneribus ab extero aliquo principe, ad quem fuit ablegatus cum rediit,

rediit,



rediit, oneratus, ex eo tempore animum Gallicum, patriæq; aliàs addictissimum, commutare cœpit. *Pierre Matthieu. Hist. Franc. lib. 1.*

10. Constantinum Magnum Italiæ, & cætera Occidentis Regna Pontifici Romano nunquam donâsse, & idè illam donationem merum esse Canonistarum figmentum, ex historiis clarissimè patet.

Cur enim Constantinus, si Regna Occidentalia Sylvestro donasset, Constantino F. ea in divisione Imperii adsignasset? *Naucl. Chron. vol. 2. Generat. 11. Philipp. Melancht. Chron. lib. 3. pag. mihi 309.* Annon Iustinianus Imp. qui diu post Constantinum imperii clavum tenuit, Hispaniam & Galliam possedit? *l. in nomine C. de offic. præf. prætor. Afric.* Annon Iulianus præfectum urbis constituit Apronianum? Annon Iustinianus Belisarium in Italiam misit, qui etiam Sylverium Papam, revocantem Romam Gothos, relegavit? Annon Narses Italiæ 16. annos præfuit? Nonne Exarchi Imperatorum vicarii fuerunt in Italia circiter annos centum & sexaginta, à Iustiniano secundo usque ad Pipinum? Pudeat Canonistas (quos etiam hic Baronius deserit *Annal. tom. 12. Anno 1191. adde Freher in Commentar. ad Otthon. 3. donationem*) tot plaustra mendaciorum impudenter evomere! Sed certè, Pontificiorum nonnulli, postquam, ut illa ex arcâ Noachi emissa columba, non habuerunt, ubi pedem ponant, aliam possessionis illius illicitæ tutandæ machinam excogitaverunt: Pipinum, Carolum Magnum, & Ludovicum huius donationis authores esse aiunt, *per c. ego Ludovicus. dist. 63. Marta tract. de Iurisd. l. c. 31.* Quòd ipsum etiam *Franciscum Hotom. illustr. quæst. 1. verum esse putat.* Sed certè plurima sunt, quæ etiam hanc donationem suspectam reddere possunt, de quibus latè *Molin. in proœm. consuetud. Paris. & in Commentar. ad SC. Franc. contra abusus Papparum. fol. 302.* Si enim Pontificum fuisset Italia, quomodo Carolus Calvus Berengarium & Guidonem, Romanæ nobilitatis proceres ex veterum Longobardorum stirpe, alterum Foro Iulienstem, alterum Spoletanorum Duces facere potuisset? Otho certè Magnus Romanos in sua verba jurare coëgit, & promittere, se nullum posthac velle sine consensu Imperatoris Pontificem creare. Sed & insequentibus Imp. & maximè Fridericus I. intolerabili, execrandæ, & immanissimæ Pontificum tyrannidi, superbiæ,



superbiæ, avaritiæ, & sceleribus aliis masculè sese opposuerunt: ut ex historiis liquet. Sed, ut maximè concedam, & Constantini, & Caroli Magni, & Ludovici Pii donationem hanc esse: tamen ea rata habenda non est, & propterea ab Imperatoribus nostris revocari semper potest. Et successorem Principis donantis donationem de principatu vel regno factam, revocare posse, si donatarius ingratus extiterit opinio est recepta, *Dn. D. Bocer. class. 2. disp. 19. th. 41.* At, bone Deus, quàm ingrati scelerati illi Papæ Romani! *Vid. Simon. Scharidium. tract. de fide, obser. ac benevolent. Pontif. Romanor. er-*

istit: p.

re, se velle tle  
Pontificum et  
cuisq; ad vocationem

9. de l. R. h. di. actus.  
alienare. l. 21. c. mandati.  
vel p. inaty facta  
tuse Vmberto, eâ lege ut  
Fimyl Belping  
Ded: N. de mty  
& lona Hiramo facta  
non: 1. Reg. 9.

ga Impp. Romanos. Quid? quòd Imperatores nostri Septemviris Imperii jurejurando sanctè promittunt, se facultates Imperii neque distrahere, neque alio modo deteriores facere velle, & quæ sunt ab Imperio divulsa bona, primo quoque tempore recuperaturos esse. *Sleid. lib. 1. Comment. pag. mihi 13. & 17.* In summa, planè donatio hæc nullius est momenti, nec ullo modo stabiliri potest. Nam

11. Princeps Regna & ditiones suas sine consensu subditorum alienare nullo modo potest. *Rationes afferunt multas. Dn. D. Bocer. de invest. feudi. c. 3. nu. 66. & seqq. Hænon. disp. 6. thes. 20. Hotom. illust. quest. 1.*

12. Hactenus de causis Donationis Efficientibus diximus: sequitur materia. Sunt autem materia donationis res, quæ in patrimonio donantis existunt.

*argum. l. in re mandata 21. C. mand. & corporales, & incorporales, mobiles & immobiles. l. 2. in princ. l. in edibus. 9. in princ. ff. de donat. l. 1. 2. 3. & l. cum res 22. C. eod. Obrecht. de donat. disp. 2. th. 2. & seqq.*

13. Etiam omnium bonorum donationem valere dicimus.

*per l. si quis argentum 35. 5. sed & si quis, ibi, vel etiam totius. C. de donat. l. si unquam 8. C. de revoc. donat. l. si totas 5. C. de inoff. donat. Dn. Bocer. class. 2. disp. 19. th. 22. & in tract. de donat. c. 3. nu. 39. & seqq. Coras. lib. 6. Miscell. c. 17. Arum. Exerc. 6. th. 15. Vand. lib. 1. quest. 31. Diss. Dd. communiter.*

17. ff. de adis et arg. legat.  
nea bona tibi dona

14. Et non solum præsentia, sed & futura bona quem per donationem in alium transferre posse, censemus.

*per ll. in th. præced. citatas. alias rationes habet Dn. D. Harppr. d. disp. 18. th. 17. Hænon. disp. 6. th. 15. Diss. Bronch. cent. 3. c. v. 10. affer. 71.*

18. Forma



## De Donationibus.

5

15. Forma donationis consistit in ipsâ donantis & donatarii conventionem, quâ à volente in volentem donum liberaliter confertur.

*Vide Obrecht. de donat. disp. 2. th. 49.*

16. Ad formam donationis etiam id spectat, ut, si donum excedat quingentorum aureorum summam, donatio insinuetur, hoc est, in acta publica redigatur.

*l. Si quis pro redemptione 36. §. fin. C. de donat. §. alia autem. 2. vers. & cum retro. Instit. de donat. Wesenbec. in parat. ff. hic. nu. 6.*

17. Hanc insinuationem requirit donatio excedens 500. aureos, licet ad pias causas sit collata.

*l. illud, quod 19. C. de SS. Ecclesiis. l. data 27. l. si quis argentum 35. §. fin. vers. tantoq, magis C. de donat. Dn. D. Bocer. tract. de donat. c. 3. nu. 69. & seqq. Guilielm. Forster. disp. 10. th. 22. Diss. Jul. Clar. lib. 4. sent. §. Donatio. quæst. 17. nu. 1. VVesenb. part. hic. num. 6.* Donationes tamen Imperatoriarum; & pro redemptione captivorum factæ; item à viris gloriosissimis, Magistris militum, fortissimis militibus tam ex suâ substantia, quam ex spoliis hostium præstitæ; præterea in eos, quorum domus incendio vel ruinâ corruptæ sunt, collatæ: hæc, inquam, & similes donationes, quas recenset Dn. Bocer. de donat. c. 3. nu. 69. & seqq. insinuatione non indigent. *l. sancimus 34. in pr. C. de donat. l. Si quis 36. C. eod.* Defendere etiam hinc tentabimus, donationem ab aliquo, qui jura Principis habet, Duce, puta, Marchione, Comite, Barone, ut & Nobili immediato factam, sine insinuatione valere. *arg. deductorum à Frideric. Pruckm. consil. 13. n. 81.*

18. Finis Donationis est sola Honestas & Liberalitas.

*l. 1. in princ. ff. de donat. VVesenbec. parat. ff. hic. num. 7. Arist. lib. 4. Ethic. c. 1.*

19. Effectus Donationis sunt varii. Primus est, quòd donator, etsi res donata ab alio evincatur, evictionis tamen nomine non teneatur, nisi id stipulanti promiserit.

*l. Aristo 18. §. fin. ff. de donat. l. 2. ubi Sichard. C. de evict. quia non est æquum, ut liberalitatis suæ pœnam donator patiatur, ut eleganter ait Modestinus in l. 62. ff. de ædil. edict. Dn. Harppr. part. 1. disp. 18. thes. 19. Dn. Bocer. class. 2. disp. 19. th. 34. & in tract. de donat. c. 3. n. 91.*

Obrecht



*Obrecht. disp. 3. thes. 36. & seqq. Dissentiunt per l. 2. C. de evict. quos refert Dn. D. Bocer. d. loco.*

20. Secundus effectus est, quòd donatione perfectâ donator præcisè teneatur rem tradere, nec liberetur præstando id quod interest.

*l. si quis argentum. 35. in princ. C. de donat. §. aliæ autem. 2. Inst. h. t. Novell. 162. c. 1. Dn. D. Harppr. part. 1. disp. 18. th. 18. VVesenb. par. ff. h. c. nu. 7. Hyeron. Treutl. disp. 19. th. 7. vol. 2.*

21. Alios plures effectus, & quæ donatario actiones competant, brevitatis causâ jam omittimus.

Longam eorum seriem habet *Georg. Obrecht. in Oeconom. donat. disp. 3. th. 36. & seqq.*

22. Donatio legitimè facta licet temerè non revocetur: Si tamen donatarius donatori manus violentas injecerit, si injuriâ atroci eum affecerit, si grave damnum rebus ipsius intulerit, si vitæ eiusdem insidias struxerit, si denique conventionibus donationi appositis non steterit: donator donationem retractare poterit. *l. fin. C. de revoc. donat.* Nec plures quàm istas quinque ingratitudinis causas recipiendas statuimus.

Si enim incertæ sunt causæ revocandæ donationis, quid opus fuisset eas enumerare? aut cur Imperator particulam (tantum modo) adjecit? Certè nusquam (*inquit Vigl. Zuichem. Inst. de exher. lib. in fin.*) gravius peccatur ab Interpp. quàm in hac extendendarum legum licentia. Et ita sentiunt etiam *Dn. D. Harppr. d. disp. 18. th. 26. Obrecht. disp. 3. de donat. th. 113. Forster. disput. 10. th. 26. Diss. Gomez. 2. resol. 4. nu. 14. Jul. Clar. in §. Donatio. q. 21. n. 2.*

23. Secundò revocatur donatio propter liberorum supervenientiam.

*l. si unquam 8. C. de revoc. donat.* Sed, an hæc lex, quia specialiter de patrono & liberto loquitur, etiam ad alias personas extendi debeat, difficilima quæstio videtur. Ego cum *Ant. Fab. lib. 2. coniect. c. 14. & 15. Donell. ad d. l. si unquam. num. 18. & seqq. Coras. 7. Miscell. c. 30. negantem, exercitii gratiâ, defendere conabor.*

24. At quæritur, si liberi nati ante parentem decesserint.



rint, an donatio reconvalescat. Nos, semel extinctam nequaquam reviviscere asserimus.

*argu. l. qui res suas 98. §. aream. ff. de solut. quia natis liberis res donatæ donatoris propriæ effectæ sunt, ac proinde, ut donatarii rursus fiant, nova donatione opus est. Dn. Harppr. d. disput. 18. th. 25. Dn. Bocer. tract. de donat. c. 3. num. 135. Fachin. lib. 3. controu. c. 90. Diss. Gomez. lib. 2. var. resol. c. 4. nu. 71. Nicol. Mozz. de donat. colum. ultim. num. 90.*

25. Postremò donationem resolvit inofficiositas : Si enim pater impetu effusæ liberalitatis universum, aut ferè totum patrimonium in unum filiorum, vel extraneum contulerit, quâ donatione reliqui liberi debitâ suâ portione defraudati deprehenduntur, potest ea donatio tanquam inofficiosa revocari.

*t. t. C. de inoff. donat. Obrecht. de donat. disp. 3. th. 140.*

26. Cæterùm, an hæc inofficiosa donatio integra resolvatur, an verò tantùm ad legitimam revocetur? intricatissima est quæstio. Nos, eam ad legitimam usque, non totam, revocari tuebimur.

*Inofficiosa dona-  
exemplum quædam inofficiori testamenti recepta. l. ult. C. de inoffic. donat. Atqui  
sic comparatum est, ut quærit, et obtinuit, rescisso testamento, non Falcidiam dantur  
per l. 2. C. de inoff. donat. Novell. 92. c. Bronch. cent. 3. c. 2. sed universalem de  
no. assert. 73. Dn. D. Harppr. part. 1. disp. 18. thes. 15. Dissent. Anton. Fa-  
ber lib. 3. Comment. c. 17. nem. quod ab inoff. testamento contingit. l. mater 19. et pass. de inoff. testamen. E. in quære  
obtinere dicendum est, ut pro ea parte restituatur, quam ab inoff. testamento haberet, et ni  
si facta non est. Alioq  
fructum pater sentit*

27. Ordo jam requiret, ut etiam de mortis causa, & reliquis donationibus differeremus: Sed quia earum etiam in præcedentibus mentio interdum facta est: mihi hæc pro ingenii modulo defendenda sufficiant.

## Corollaria.

### I.

**P**ericulosissimum esse arbitramur, peregrinos ad regni administrationem vocare.

Rationes possent afferri plurimæ sed videatur *Keokerm. Polit. lib. 1. c. 2.*

B

2. Belli-





2. Belisarium ab Imperatore Justiniano excæcatum esse, tradit *Petr. Crinit. lib. 9. de Honestâ disciplinâ*. Nos verò propter Procopii auctoritatem, qui huius rei nullam omninò facit mentionem, meritò dissentimus.

3. Imperium Hispanorum in Indos, si ad notas & requisita legitimæ invasionis examinetur, vix justum esse apparebit.

Pro nobis loquatur Bartholomæus de las Casas Episcopus, homo Hispanus, qui in narratione sua de regionum Indicarum per Hispanos de vastatione sub finem libri ita ait: *Rubore suffundi deberemus, quòd omni timore Dei remoto, tam execrandis facinoribus colorem addere & ea excusare tentemus; cum præcipue cernamus, nos quadraginta octo annorum spacio regiones maioris longitudinis, quam sit tota Europa, & pars Asia, ob hanc causam, ut divitias consequeremur, destruxisse, eas terras deprædantes & omni crudelitate, iniustitiâ & tyrannide occupantes, & usurpantes, quas humanis habitatoribus & incolis refertas vidimus, & in iis ultra viginti hominum, milliones periisse certò scimus. Hæc Hispanus. At, Christianæ religionis propagationem satis justum titulum esse dicunt? Ita certè. Anne verò, Christus novam condidit legem, quâ liberi populi vel ob paganam superstitionem, vel ob Evangelii rejectionem fierent mancipia? Christus dixit Apostolis: ite in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ: nunquàm verò dicere fuit auditus: Ite in omnes auri & argenti divites regiones, & Papæ Romani religionem & Catholici Regis Imperium prædicate: Omnes populos pecudum instar servitiis addicite, vendite, mactate. Videri hac de re potest Consultatio Illustriss. Dn. Frider.*

Achill. Dux VVürttemb. de principat. prov.  
Europ. pag. 335. &c.

Dn.



*De Donationibus.*



Dn. CHRISTOPHORO  
FORSTNERO,

*Juveni Doctissimo.*

**S**IT quamvis hodie niveus, DONATIO, corvus,  
Aut nullum, aut rarum munera nomen habent.

Attamen ingenij DONAT tibi munera Pallas,  
Eunomieq; suas prodiga DONAT opes.

Perge: olim Eunomie DONABIT premia laudum,  
Hæc precium magna sedulitatis erunt.

Laudibus his meriti titulos superaddet honoris:

Qui capit hos DONI NOMINE, nullus emit.

M. Johan. Martinus Kauscher.

---

I I.

**D**IXI, quando leves pascentur in æthere cervi,  
Quando fretum pisces destituetq; suos:  
Amphitryoniadis magnos aut quando cothurnos  
Aptabit pedibus pumilus ille suis,  
Tunc iterum tenui meditabor arundine carmen,  
Tunc iterum imparibus verba ligabo modis:  
Tot sunt, quæ calamum sistunt, retrahuntq; bifurcum,  
Tot sunt, quæ versus indupedire solent:  
Dum nunc dilutas geminat mala fistula guttas,  
Deformatq; nigras sepia litterulas;  
Dùm, modò quæ scripsi, jugulo, jugulata resumo,  
Dùm placet hæc vox, dùm displicet ista statim:  
Dixerim: At hîc positas fas est perrumpere leges  
Fœderis, hîc cepto gratia danda meo:

Te



Te siquidem Iuvenem, quem *Docta caterva* celebrat,  
 Deperit & quivis integritatis amans;  
 Quem feret, in longum maneat si vita superstes,  
 Fama ad Phosphoricas Hesperiasq; plagas;  
 Te sine carminibus, licet ista invitus Apollo  
 Dictitet, indictum mittere, grande nefas:  
 Grande nefas, quod non lustralis limfa repurget,  
 Quodq; haut ulla satis victima ritè piet.  
 At mihi quæ sumam celebris præconia laudis  
 Scribere? quæ primo commemorabo loco?  
 Dicam te, Forstnere, piæ virtutis alumnum?  
 Cunctorum ex animo dixero tale bonô:  
 Dicam largifluo ingenium te melle Sophorum  
 Ditasse? At qui non novit, is hospes erit!  
 Omnia præ te fers tantò mage lumine claro,  
 Quantò præ igniculis Luna videnda venit.  
 Vna latet, Forstner, Tua summa modestia, nunquam  
 Dicta, vel à quoquam laude vehenda satis!  
 Cuius sic memini paucis, ne vendere fumos  
 Credar & ampullas egerere ore meras:  
 Qui linguâ tangit, nùm rara modestia vincat,  
 Nùm Doctrina in Te? Phyllida solus habet.

*Facieb. penitiss. amoris ergò*

Johan. Andreas Zieglerus Merchingâ.  
 Francus.

**F I N I S.**



venio metallico in fundo feudali repte, nūm ptineant  
ad alium feudi directum, an v. ad vasallum. disp. 2. 13.  
Haec nūm nomine an fisco commodum Junis Regalis p. 12.  
th. 14.  
Vfus mensurary an iq Junim exorano cetero possit. disp.  
3. coroll. 4.

---

01 A 6525

ULB Halle

3


002 935 813




12

1007









Farbkarte #13

B.I.G.

31

PHO

ET IN IN-

UBINGENSI

nei maxumè

afce

IBUS.

r. Horis & loco

efendam

Forstner,

rò. 3. ff. de Offic. Pro-

inibus. Nam valdè in huma-

vilissimum est: omnia; ava-

AE,

V Verlini,

XV.